



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90103157**

§. XVI. Abermahlige Conferenz in puncto Autonomiæ am 6. Mart. Schwedische Opposition wegen der Erb-Lande, wodurch es bald zur Ruptur gekommen wäre: Letzte Conferenz über diesen Punct: Schwedische ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1648. Mart. Altenburgische aber zeigten an: Man müsse die Tractaten dieser Differenzen willen, nicht suspendiren, dann die mehresten Puncta nur in Formalitäten, nicht aber in Materialibus beruheten; Den Neben-Recess könne man um so viel weniger confirmiren, weiln den auch Chur-Sachsen nie genehm gehalten, wäre also wol etwas hierinnen nachzugeben. Allein die Kayserliche besunden darauf, es gehe nichts auf den Neben-Recess, sondern alles auf die mit denen Schlesiſchen Fürsten gepflogene Tractaten, man möchte aber denen Schwedischen zusprechen, und sie zu andern Gedanken bewegen. Welches dann durch die Altenburgischen beschehen, und wurde darauf von ihnen rathsam ermesſen, mit Vollmar und dem Chur-Bayerischen weiters aus der Sache zu conferiren. Die Chur-Bayerischen vermeyneten, die ganze Zwiſtigkeit bestehe in Worten, und nicht in der Sache, außer, was die Benennung der Unterthanen berührte; übernahmen also mit denen Kayserlichen daraus zu reden. Vollmar aber hielt dafür, Ihrer Majestät dem Kayser würden gar zu viel Leges

fürgeschrieben, und Sie nur als ein Scabelum tractiret, welches sie nicht nachgeben könnten; Endlich und nachdem er der Schweden Project, auf Zusprechen durchgelesen, kam er auf andere Gedanken, zumahlen man ihme repräsentirte, daß das Wort: *Jurium*, aus dem Neben-Recess, welcher den Schlesiern ertheilet worden, gefasset sey, und ließ sich heraus: Die Subditi Silesia würden unter denen, so Augustanae Confessionis addicti wären, indefinite begriffen, zumahlen *beneficia Principum latissime* zu interpretiren wären; In Oesterreichischen aber könnte das nicht seyn, doch möchte etwas geschehen, und wären die Worte: *non quidem ex Pacto Et.* nur auf die alten Pacta zu restringiren, dann was ists pacificiret würde, davon begehrten Ihre Majestät sich nicht zu entäußern. Was die Kirchen in Schlesien, so man in denen Vorstädten zuerbauen begehrte, betreffe, hätte Glogau und Schweinig dergleichen nicht, würde also ein anderer bequemer Ort darzu angewiesen werden müssen.

1648. Mart.

§. XVI.

Übermaßige  
Conferenz  
in puncto Au-  
tonomie, am  
6. Mart.

Nachdem nun dieses bergestalt den Sonntage durch, gehandelt, und nützliche Vorbereitschaft gemacht worden, die ganze Sache zu determiniren, auch darin sowohl die Evangelischen als die Catholischen eysrig gearbeitet, ist man den 6. Mart. um 8. Uhr bey den Kayserlichen zusammen kommen, und bis halb vier Nachmittag geblieben, auch die Sache endlich dahin gebracht, daß auf Zusprechen und Vertretungs-Zusage der Catholischen gegen die Kayserliche Gesandten, diese in die Inſertion der Schlesiſchen Unterthanen, nicht minder in den Anhang der *Jurium* und andere Formalitäten gewilliget, massen aus der hier angefügten vollzogenen Notul sub N. 1. zu ersehen.

Schwedische  
Opposition  
wegen der  
Erb-Lände.

Es hat aber bey denen Schweden, und sonderlich dem Grafen Orenstierna, sehr hart gehalten, indem sie die Worte: *ex gratia*, und *non ex pacto* ganz nicht admittiren wolten, wie sie dann solchen Fünfften Theil.

Punct, ohnerachtet des von denen Evangelicis geschehenen Zusprechens, und Repräsentation des Elends, worin das Vaterland stecke, zu fernern Nachdenken genommen, und sich folgenden Tages, bey der Conferenz dermaßen hart darinnen erzeiget, daß es fast einer Ruptur, dieses Punctes halber, gleich gesehen, zumahlen sie angezogen, indeme sie bis dato der Kayserlichen und Catholischen Sachen insgesamt auf lauter *Equivocationes* gestellt gemercket, hätten sie auch hierinnen das Gesicht zu schärffen Ursach, und zumahlen das Interesse so vieler 1000. nothleidenden Personen nicht so auf dem Steg-Reiff wegzuschleudern, sondern Ihre Königlichlichen Majestät Respekt und Zusage noch etwas Luft zu lassen, wolte sonsten der Stände Verlangen und Einrathen gern Folge thun etc.

Wodurch es  
bald zur Ruptur  
gekommen wäre.

Solcher gestalt verblieb diesmahl die Ausfertigung der Notul in puncto Autonomie

Vyy

tono-



1648  
Mart. conomia, und ließen die Kayserliche Gesandten, die Altenburgische und Braunschweigische zu sich kommen, mit vermelden, wie sie, auf solche Art, die Conferenz nicht continuiren könnten, zumahlen sie schon mehr dann ihnen befohlen gewesen, gewichen wären. Doch wurde es am Ende so weit geschlichtet, daß man den 8. Mart. um 8. Uhr abermahlen bey den Schweden angefangener massen, bis um halb 2. tractirte, und den punctum Autonomiæ Universalis & respective

Letzte Conferenz über diesen Punct.

Terrarum Austriacarum particularis, solcher gestalt, wie die bemerckte Anlage zeigt, abschloß und sobalden unterschrieb; wobey die Herren Schweden beedingeten, daß zugleich auch ihre Satisfaction, gleich wie von denen Kayserlichen bereits geschehen wäre, von beyderley Religionen und gesanten Ständen gleichfals subsigniret, und ratificiret werden sollte, darinnen man ihnen dann auch gratificirte.

1648.  
Mart.

Welcher endlich zur Dichtigkeit kömmt.

Schwedische Reservation wegen ihrer Satisfaction.

## N. I.

Diē. Osnabr. 8. Mart. An. 1648.  
sub. Direct. Altenb.

### Verglichene Notul über den punctum Autonomiæ.

Repetitis Conditionibus Præliminaribus Articulo de Reformatione Justitiæ præfixis, de Autonomia conventum est, ut sequitur:

§. I. Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vafallos, Civitates, Fundationes, Monasteria, Commendas, Communitates & Subditos Statibus Imperii Immediatis, sive Ecclesiasticis sive Secularibus, subjectos pertinet, cum ejusmodi Statibus Immediatis cum Jure Territorii & Superioritatis ex communi per totum Imperium hætenus usitata praxi, etiam Jus reformandi Exercitium Religionis competat, ac dudum in Pace Religionis talium Statuum subditis, si a Religione Domini Territorii dissentiant, Beneficium Emigrandi concessum, insuper majoris concordia inter Status conservandæ causâ cautum fuerit, quod nemo alienos subditos ad suam Religionem pertrahere, eave causâ in Defensionem aut Protectionem suscipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat, conventum est, hoc idem porro quoque ab utriusque Religionis Statibus observari, nullique Statui Immediato Jus, quod ipsi ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere.

Hoc tamen non obstante Statuum Catholicorum Landsassii, Vafalli & Subditi cujuscunque generis, qui, sive publicum sive privatum Augustanæ Confessionis Exercitium, Anno 1624. quacunquæ Anni parte, sive certo Pacto aut Privilegio, sive longo Usu, sive sola denique Observantia dicti Anni habuerunt, retineant id etiam imposterum, una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt, cujusmodi annexa habentur Institutio Consistoriorum, Ministeriorum, tam Scholasticorum quam Ecclesiasticorum, Jus Patronatus, aliaque similia Jura; Nec minus maneat in possessione omnium, dicto tempore in potestate eorundem constitutorum Templorum, Fundationum, Monasteriorum, Hospitalium, cum omnibus Pertinentiis, Reditibus & Accessionibus: Et hæc omnia semper & ubique observentur eo usque, donec de Religione Christiana vel universaliter vel inter Status Immediatos eorumque subditos mutuo consensu aliter erit conventum, nec quisquam a quocunque ulla ratione aut via turbetur; Turbati aut quocunque modo destituti vero, sine ulla Exceptione in eum, quo Anno 1624. fuerant statum, plenarie restituantur. Idemque observetur ratione Subditorum Catholicorum Augustana-



1648. Mart. gustanae Confessionis Statuum, ubi dicto Anno 1624. usum & Exercitium  
 1648. Mart. Catholicæ Religionis publicum aut privatum habuerunt.

Pacta autem, Transactiones, Conventiones aut Concessionem, quæ inter tales Immediatos Imperii Status, eorumque Status Provinciales & subditos supradictos, de publico vel etiam privato Exercitio Religionis introducendo, permittendo & conservando antehac intercesserunt, initæ & factæ sunt, eatenus rata & firmæ manent, quatenus observantiæ dicti anni 1624. non adversantur, nec ab iisdem, nisi mutuo consensu recedere liceat, non attentis, sed annihilatis omnibus Anni 1624. observantiæ, utpote quæ instar Regulæ obtineat, contrariis latis Sententiis, Reversalibus, Pactis, quibuscunque Transactionibus; & inter illa, quæ Episcopus Hildesienfis & Duces Brunsvico-Lunaburgenses de Religione ejusque Exercitio Statuum & Subditorum Episcopatus Hildesienfis non nullis Pactis Anno 1643. transegerunt. Excipiantur verò à dicto Termino & Catholicis reservantur novem Monasteria in Episcopatu Hildesienfi sita, quibus Duces Brunsvicenses certis conditionibus eodem Anno cesserunt.

Placuit porro, ut illi Catholicorum Subditi Augustanæ Confessionis ad dicti, ut & Catholici Augustanæ Confessionis Statuum subditi, qui Anno 1624. publicum vel etiam privatum Religionis suæ Exercitium nulla anni parte habuerunt, nec non, qui post Pacem publicatam deinceps futuro tempore diversam à territorii Domino Religionem profitebuntur & amplectentur, patienter tolerantur, & conscientia libera domi devotioni suæ sine inquisitione aut turbatione privatim vacare: In vicinia vero, ubi & quoties voluerint, publico Religionis Exercitio interesse, vel liberos suos exteris suæ Religionis Scholis, aut privatis domi Præceptoribus instruendis committere non prohibeantur; Sed ejusmodi Landsassii, Vassalli & Subditi in cæteris officium suum cum debito obsequio & subjectione adimpleant, nullisque turbationibus ansam præbeant.

Sive autem Catholici sive Augustanæ Confessionis fuerint subditi, nulli ob Religionem despiciatui habeantur, nec à mercatorum, opificum aut tribuum communione, Hæreditatibus, Legatis, Hospitalibus, Leprosoriis, Eleemosynis, aliisque juribus aut commerciis, multo minus publicis cæmeteriis honoreque sepulturæ arceantur, aut quicquam pro exhibitione funeris à superstitionibus exigatur, præter cujusque parochialis Ecclesiæ jura pro demortuis pendi solita, sed in his & similibus paricum concivibus jure habeantur, æquali justitia protectioneque tuti.

Quod si vero Subditus, qui nec publicum nec privatum suæ Religionis Exercitium Anno 1624. habuit, vel etiam, qui post publicatam Pacem Religionem mutabit, sua sponte emigrare voluerit, aut à territorii Domino justus fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas vel persequendas lites aut debita exigenda, libere & sine literis commeatus adire.

Conventum autem est, ut à Territoriorum Dominis illis subditis, qui neque publicum neque privatum Exercitium Religionis suæ dicto Anno habuerunt, & tamen tempore publicatæ præsentis Pacificationis in unius vel alterius Religionis Statuum Immediatorum ditionibus habitare deprehenduntur, quibus illi etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas evitandas non tamen animo transferendi domicilium, alio emigrarunt, & facta Pace in patriam redire volunt, terminus non minor quinquennio;

Zünster Theil.

Dyy 2

Illis



1648.  
Mart.

Illis vero, qui post Pacem publicatam Religionem mutant, non minor triennio, nisi tempus magis laxum & spaciosum impetrare potuerint, ad emigrandum præfigatur. Neque sive voluntariè sive coactè emigrantibus, natiuitatis, ingenuitatis, manumissionis, noti opificii, honestæ vitæ testimonia denegentur, aut iidem Reversalibus inuitatis, vel decimationibus substantiæ secum exportatæ plus æquo extensis prægraventur, multo minus spontaneam suscipientibus migrationem seruitutis aut ullo alio prætextu impedimentum inferatur.

1648.  
Mart.

§. 13. Silesiæ etiam Principes, Augustanæ Confessioni addicti, Duces scilicet in Brieg, Ligniz, Münsterberg & Oels, itemque Civitas Vratislaviensis in libero suorum ante bellum obtentorum Jurium & Privilegiorum, nec non Augustanæ Confessionis Exercitio ex gratia Cæsarea & Regia ipsi concessio manutenebuntur.

Quod vero ad Comites, Barones, Nobiles, eorumque Subditos in reliquis Silesiæ Ducatibus, qui immediatè ad Cameram Regiam spectant, tum etiam de præsentī in Austria Inferiori degentes Comites, Barones & Nobiles attinet, quamvis Cæsareæ Majestati Jus Reformandi Exercitium Religionis non minus quam aliis Regibus & Principibus competit, non quidem ex Pacto juxta dispositionem præcedentis Versiculi: Pacta autem &c. sed ad interventionem Regiæ Majestatis Sueciæ & in gratiam intercedentium Augustanæ Confessionis Statuum, permittit, ut ejusmodi Comites, Barones & Nobiles illorumque in prædictis Silesiæ Ducatibus Subditi, ob professionem Augustanæ Confessionis loco aut bonis cedere aut emigrare non teneantur: Nec etiam prohibeantur dictæ Confessionis Exercitium in locis vicinis extra territorium frequentare, modo in reliquis tranquille & pacifice vivant, seque tales præstent, quales erga suum Summum Principem decet. Si vero sua sponte emigraverint, & bona sua immobilia vendere vel nolint, vel commode non possint, liber iis aditus, quoties libuerit, rerum suarum inspiciendarum & curandarum causa concessus esto.

Præter hæc autem, quæ supra de dictis Silesiæ Ducatibus, qui immediatè ad Cameram Regiam spectant, disposita sunt, Sua Cæsarea Majestas ulterius pollicetur, se illis, qui in his Ducatibus Augustanæ Confessioni addicti sunt, pro hujus Confessionis Exercitio tres Ecclesias propriis eorum sumptibus extra Civitates Schweiniz, Jaur & Glogaviam, prope mania locis ad hoc commodis, jussu Suiæ Majestatis designandis, post Pacem censectam ædificandas, quamprimum id postulaverint, concessuram.

Et cum de majori Religionis libertate & exercitio in supradictis & reliquis Cæsareæ Majestatis & Domus Austriacæ Regnis & Provinciis concedendo, in præsentī Tractatu varie actum sit, nec tamen, ob Cæsareanorum Plenipotentiariorum contradictiones conveniri potuerit, Regia Majestas Sueciæ & Augustanæ Confessionis Ordines facultatem sibi reservant, eo nomine in proximis Comitibus, aut alias, apud Suam Cæsaream Majestatem ulterius respectivè interveniendi & intercedendi. Acta & conventa sunt hæc Osnabrugis die 18. Martii Anno 1648.

Johann Crane ic.

Johannes Adler Salvius &amp;c.

N. Georg Reigersperger ic.

Wolff Cunrad von Thumshirn ic.

§. XVII.